

## PRAEFATIO.

Duarum codicum, quibus Alcestis nobis tradita est, familiarum testes digni, qui adhibeantur, sunt *B* [cod. Vatic. 909] et *S* [cod. archetypus deperditus librorum *L* (cod. Laur. 32, 2) et *P* (cod. Palat. inter Vaticanos 287)]. *B* et *P* excussit Hugo Hinckius, libri *L* collationem debeo liberalitati Hieronymi Vitellii. et Hinckius et Vitellius collationes diligentissime et accuratissime confecerunt. integram scripturae discrepantiam codicis *B* cum legentibus communicavi, codicis *S* omnes, quas indagare potui, lectiones attuli. de fide horum librorum in Alcestide idem statuendum, quod in Medea.

codex *a* (Parisin. 2713) in Alcestide et Andromacha textum a Byzantino grammatico interpolatum praebet ac fere prorsus consentit cum codicibus *d* (Florent. 31, 15) et *c* (Florent. 31, 10), quos passim inspexit Vitellius. grammatici transpositiones verborum, e quibus una (*πατήρ γέρον* v. 820) usque ad hunc diem editores fefellit, et mutationes temerarias aequae ac librarii errores omnes annotare nefas duxi. hunc codicem et Havniensem (*C*), quem interdum veram lectionem exhibentem commemoravi, ipse contuli.

codicem Harleianum 5743 recentissimum, qui Alcestidis fragmentum, Rhesum, Troades continet, uno, quo intererat, loco (v. 1037) inspexit, qua est comitate, Carolus Dziatzko.

eis, quae in praefatione editionis Medae de orthographia notavi, addendum est me in Alcestide librorum lectione non commemorata semper *θυήσκω* pro *θυήσκω*, *οϊκτίρω* pro *οϊκτείρω* scripsisse.

scr. Vratislaviae m. Octobri a. 1878.